Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dictare acquirit eam. Et semen
seruorum eius possidebit eam. Et qui
diligunt nomen eius habitabit
in ea.

Deus in adiutorium meum intende.
domine ad adiuuandum me festina. Confundantur et
reuereantur qui quaerunt animam
meam. Auertantur retrorsum. et
erubescant qui uolunt mihi ma
la. Auertantur statim erubescentes
qui dicunt mihi euge euge. Exul
tent et laetentur in te omnes qui
quaerunt te. et dicant semper magni
ficetur dominus qui diligunt salutare
tuum. Ego uero egenus et pau
per sum. deus adiuua me. Adiutor meus
et liberator meus es tu. domine ne mo
reris.

In te domine speraui non confundar
in aeternum. in iustitia tua libera
me et eripe me. Inclina ad me au
rem tuam et saluum me. Esto mi
hi in deum protectorem et in locum mu
nitum. ut saluum me facias. Quo
niam firmamentum meum et refu
gium meum es tu. Deus meus eripe me de
manu peccatoris. et de manu con
tra legem agentis et iniqui. Quo
niam tu es patientia mea spes mea a
iuuentute mea. In te confirma
tus es ex utero de uentre matris mea
tu es protector meus. In te cantatio
mea semper tamquam prodigium fe
sum multis et tu adiutor for
tis. Repleatur os meum lau
de ut cantem gloriam tuam. tota die
magnitudine tua. Ne proicias
me in tempore senectutis. cum defe
cerit uirtus mea. ne derelinquas
me. Quia dixerunt inimici mei
mihi. et qui custodiebant animam
meam. consilium fecerunt in unum.
Dicentes. deus dereliquit eum. per
sequimini. et comprehendite eum.
quia non est qui eripiat. Deus ne elo
geris a me. deus meus in auxilium me
um respice. Confundantur et defi
ciant detrahentes animae meae.
operiantur confusione et pudore
qui quaerunt mala mihi. Ego autem
semper sperabo et adiciam super omnem
laudem tuam. Os meum adnuntiabit
iustitiam tuam. tota die sa
lutare tuum. Quoniam non cognoui lit
teraturam. introibo in potentias
domini. domine memorabor iustitiae tue
solius. Deus docuisti me a iuuen
tute mea. et usque nunc pronunti
abo mirabilia tua. Et usque in senec
tam et senium. deus ne derelinquas me.
Donec annuntiem brachium tuum
generationi omni que uenturae est po
tentiam tuam et iustitiam tuam. deus
usque in altissima quae fecisti magna
lia. deus quis similis tui. Quantas
ostendisti mihi tribulationes
multas et malas. et conuersus
uiuificasti me. et de abyssis terrae iterum
reduxisti me. Multiplicasti mag
nificentiam tuam. et conuersus
consolatus es me. Nam et ego con
fitebor tibi in uasis psalmi ue
ritatem tuam deus. psallam tibi in cy
thara sanctum israel. Exultabunt labia
mea cum cantauero tibi. et anima
mea quam redemisti. Sed et lin
gua mea meditabitur iustitiam
tuam. cum confusi et reuerentes fue
rint qui quaerunt mala mihi.

Deus iudicium tuum regi da. et iustitiam